

## **Symma Juris Canonici**

Comprehensa Tribus Partibus In Qva Distincte Et Succincte Explicantur,  
quæ ad personas, negotia, & iudicia Ecclesiastica ex Canonum præscripto,  
pertinent

Sive Antinomia Iuris Pontificii Et Cæsarei - per CCL. Differentias plurium  
Doctorum auctoritate probatas, singulari studio in certas classes reducta,  
discussa, & explicata

**Strein, Johann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1658**

L. Differentia 7. Pactum juratum de non succendo in hæreditate recipientis  
pactum Iure Canonicō valet,

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61864](#)

L.

## DIFFERENTIA 7.

pactum juratum de non succedendo in hereditate recipientis pactum iure  
Canonico valet, c. 2. de pact. in 6. secus Iure civili: I. Pactum, C.  
de collationib. Ioann. Bapt. à. S. Blasio 5.

I. Bonifacii VIII. Decretalis est, quac-  
tatur. Quamvis pactum patri à  
fili, dum nuptiū tradebatur, ut dote  
contenta nullum ad bona regressum  
haberet, improbet lex civilis; si tamen  
juramento non vi, nec dolo p̄strio  
firmatum fuerit, ab eadem omnino ser-  
vati debet, cum non vergat in æter-  
na salutis dispendium, nec redundet  
in alterius detrimentum. Idem erit, si  
juramentum uni ex fratribus aut cuicun-  
que cohæredi fecerit soror. Id enim Re-  
ligio juramenti, & divini nominis rever-  
entis exigit. Nec culpā vacat Raph. ēl  
in 1. Stipulatio ista, ff. de verb. oblig. qui de-  
cretalem p̄dictam effrēnem, & exor-  
bitantem vocat, adeoque restringen-  
dam esse.

II. Illia autem è diametro contradicit,  
I. Pactum dotali, improbari enim omnino  
jura auctoritate assertit, nec filiam pro-  
hiberi è ratione, ne intestato patri  
succedat. Quod multi Legistæ ita  
descendunt, ut juramentum illi contra-  
rium temeratum, ac nullius momenti  
vovent, quia nimis rūm iuri publico

derogat, quo constitutum est, ut &  
libera sit testamenti factio, & solennis,  
l. 3. ff. de testam. Mutaretur autem, si  
ejusmodi pacta valerent, quia & libera  
restandi facultas impediretur, & her-  
editatem quis ex pacto consequeretur,  
citra ulla testamentorum solennia, quæ  
omnia publico juri aduersantur. Præter-  
ea vorum caprandæ mortis inducit,  
adeoque contra bonos mores tendit,  
nutriendo peccatum. Ita Fachinaus l. 8.  
Controvers. iuri c. 72. aliquæ plures  
ejusdem toni, quibus nulla religio est,  
legum profanarum auctoritat, divini  
nominis reverentiam posthabere: à  
quibus propterea recedendum Theolo-  
gis est. Nec profani juris, & seculi  
vivendam nobis, sed Dei, & Ecclesie  
integerrimis legibus. V. Lef. l. 2. c. 17.  
dub. 7. n. 55. Angel. in v. Iuramentum, §:  
§. n. 23. Canis. l. 3. Supum. tit. 24. S. In pæte.  
Armillla v. Pallum, n. 8. Filliuc. tract. 25.  
c. 7. n. 200. Denique Sanch. cum al.  
multū à se nominatū l. 3. Moral.  
c. 9. n. 35.

H 3

LI. DIFF-